



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXXIII. Vtrùm liceat diuidere Confessionem peccatorum mortalium per obliuione[m] omissoru[m] in priori Co[n]fessione, qu[a]e occurrunt in proxima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

*Licetne in Confessionibus generalibus Quæstio  
de peccatis aliàs cōfessis, dividere Con- XXXIII.  
fessionem, & aliquod turpe, dicendo  
reliqua, subticere?*

**Q**VI generalem totius vitæ Cōfessionem *Respōsio.*  
instituit, nullum peccatum mortale  
præterire potest. Quòd, si vel vnum non ma-  
nifestet, ficta est Confessio & inanis: Si enim  
cōstet Sacerdoti de generali pœnitētis Con-  
fessione, & vnum celat, præterquàm quòd  
Sacerdoti imponit, etiam sacrilegè menti-  
tur, ac mortaliter peccat.

*Licetne dividere Confessionem pecca- Quæstio  
torum mortalium per obliuionē omis- XXXIII.  
sorum in priori Confessione, quæ  
occurrunt in proxima?*

**Q**VI peccatorum mortalium, quæ non- *Respōsio.*  
dū fuerit confessus, reus est, cò, quòd  
eorum, dum confiteretur, esset oblitus, sic  
diuidere potest Confessionem, vt Sacramē-  
tum nihil prodest, vel sic diuidere, vt fructum  
eius consequatur: Si enim diuidat Confes-  
sionem ratione materiæ, siue peccatorū, ita,  
vt proxima sua Confessione nō confiteatur  
omnia sua mortalia, quorum antea oblitus  
fuerat, tunc Sacramentum nihil prodest:  
**G** Verum,

### Caput III. De Qualitate

Verum, si diuidat ratione personæ, cum confitetur, & peccata quorū antea oblitus fuit, alteri Sacerdoti potestatem absoluēdi illum habenti, & non illi, cui antea confessus est, manifestet, talis, inquam, Confessionis diuisio non impedit Sacramentum.

*Questio XXXV. Nunquid reseruatos casus habenti licet diuidere Confessionem, ita vt reseruata peccata Superiori, nō reseruata verò Inferiori confiteatur?*

*Respōsio.* SI casus reseruati fuerint censuræ Ecclesiasticæ, nimirum excommunicatio, interdictum, vel irregularitas; tum Superior illos tantum casus audire potest, & ab illis absoluere.

Si verò peccata fuerint, & ab omni censuralibera, & Superior velit Sacramentaliter ab illis absoluere, necessariò debet omnium peccatorum Confessionem excipere, sicque directè à reseruatis absoluens, poenitēs etiam ceterorum consequetur remissionem. Quòd autem Superior, reseruata duntaxat audiens, Sacramentalem Absolutionē impendere nequeat, in causā est, quòd impossibile sit poenitentem absolui ab aliquibus, at nō omnibus; cum si à reseruatis tantum absoluator, reliqua obstant, quòd minùs gratiæ sit particeps.

Porro